

ad imponendum sequestum in iis causis, & expediendas quaslibet alias prouisiones Regias necessarias qualitati negotij quam in casu presentis, vt ex eadem instructione apparet in §. penultimo: ibi: Despues de vistos los procesos, constando por ellos, que lo que se ha tratado (scilicet litteræ Apostolicæ, de quibus semper loquitur ad retentionem) es contra las leyes, y Bullas concedidas, y costumbre antigua, y contra los patronazgos è indultos, è de secatenta la calidad de los negocios, è inobediencia, las cartas necesarias, assi para que no vñen de las Bullas, como para sequestrar los bienes, y temporalidades de los que fueren inobedientes. Y para que parezcan en la dicha Real Audiencia, y salgan del Reino, y acudan con los frutos, à aquellos à cuyo fauor se sentenciare: y se den todas las demas prouisiones, que les pareciere que se deben dar, segun la calidad de la causa, para que se conferue, y guarde de lo que en estos casos por Bullas y leyes del Reino està prouido; quam latius adduximus hoc in tractatu infra 2. p. cap. 24. n. 58. que verba, & arbitrium nullibi vnquam accommodari possunt, nec aptius congruere quam huic casui & sequestro, quod qualitas & natura negotij omnino appetit, & necessitas vrgens pro illo instat iuxta tenorem, & dispositionem, dict. instructionis Regie.

109 Et enim necessitas vrgens legi non subicitur, l. tutor qui reportorium, ff. de admin. tutor. l. vt gradatim, §. 1. de muner. & honor. l. non solum, §. fin. de excusat. tutor. l. aliquando, ff. de officio Procon. l. si quis filio, ff. de iniusto testament. l. 1. C. de ope. lib. l. pro tyronibus, C. de privileg. domus August. cap. quanto in fin. de consuet. cap. exiit, col. 4. in fin. de verborum signific. lib. 6. elegantissime Scobar (multis authoritatibus Sacræ Scripturæ comprobans) de ratiociniis, cap. 14. à num. 10. Et necessitas facit licitum, quod aliis de iure non est licitum, cap. quod non est licitum in lege necessitas facit licitum, de regulis iur. lib. 6. Tiraquell. de penis temp. causa 33. num. 3. Zeballos communem contra commun. quest. fin. num. 6. rom. 4. Cardofo in praxi iudicium, & aduocator. verbo, Necessitas, num. 2. Anton. Oliuan. de iure fisci, cap. 4. num. 36. Scobar. de ratiociniis, cap. 14. num. 13. Moneta de distribut. quotid. part. 2. quest. 11. num. 38. Bellef. disquisit. Cleric. §. 10. num. 13. Gratianus discipulat. forens. tom. 4. cap. 626. num. 13. & cap. 626. num. 10. Ioan. Maria Nouar. quest. forens. lib. 1. quest. 28. num. 10. & quest. 35. num. 3. cum infinitis aliis, prout in hac materia pro iustitia huius recutus abundè considerauimus supra cap. 1. §. vnicò per totum.

111 Et obviandum scandalum ꝛ recedi à iuris Regulis, & multa permitti, quæ aliis non permitterentur, diximus abundè supra cap. 4. & fere per totum cap. 1. & sequentia.

CAPVT XI.

Concurrentibus in Senatu Bullarum retentionis remedio, & violentiæ quærela ob non delatam appellacionem ab executeore emissam in earum executione procedente, siue ab vna dumtaxat parte, siue ab vtraque intentatis; an violentiæ cognitio suspendenda sit, donec retentionis articulus terminetur.

Et an vtrumque remedium simul concurrere & cumulari possit, vel an etiam eodem decreto terminari.

S V M M A R I V M.

Retentionis litterarum Apostolicarum remedium, & quærela violentiæ ob non delatam appellacionem ab executeore earum emissam variis modis simul concurrere solent in Senatu; num. 1.

Et de exemplis ibidem, & num. 2.

Retentionis, & violentiæ ob negatam delacionem appellanti remedia an in finibus, & effectibus sint contraria, num. 3.

Remedia ad inuicem se comminantiæ cumulari nequeunt, num. 4.

Contraria simul stare nequeunt, num. 5.

Ad propositionem vnius ex contrariis sequitur remotio alterius, & eius impedit ingressum, num. 6.

Contraria duo in eodem subiecto concurrere nequeunt, num. 7.

Contraria allegans non auditur, num. 8.

Retentionis remedio & quærela violentiæ ob non delatam appellacionem potest vna pars conditionaliter simul vti ante peractam executionem litterarum, num. 9.

Appellatio, & nullitatis oppositio, est contraria, conditionaliter tamen simul valent proponi, num. 10.

Actus quilibet potest dici nullus, & conditionaliter simul peti eiusdem resciso, num. 11.

Ex remediis conditionaliter, & distinctiue intentatis nulla insurgit perplexitas, num. 12.

Retentionis remedium, & violentiæ quærela conditionaliter deductæ simul queunt examinari in Senatu, num. 13.

Retentionis remedium alius requirit examen quærela violentiæ, cum hac ex actorum inspectione terminetur, num. 14.

Si ex vtriusque remedij simul intentati actio appareat iustam esse causam retinendi litteras, & vim fecisse executeorem non deferentem appellacioni, super retentione dumtaxat profertur decretum, & de ratione, num. 15.

Si ex actibus vtriusque remedij iniusta detegitur retentionis petitio, iniusta autem appellatio, super eius delatione dumtaxat decernit Senatus vim facere executeorem non deferentem, num. 16.

Si ex vtriusque remedij actu appareat abesse causam legitimam retentionis, & quærelam violentiæ perperam propositam super vtroque decernit Senatus negatiue, num. 17.

Vtrumque

Vtrumque remedium, & retentionis & quærela violentiæ simul cumulari potest, etiam non conditionaliter, si iam facta fuerit litterarum executio, & de ratione, num. 18.

Remedia contraria simul cumulantur ad diuersos respectus, num. 19. & sequentibus.

Maioratus successor, in quem iuris ministerio est translata possessio Civilis & naturalis, omnia remedia possessoria ad adipiscende recuperande, & retinendi intentare potest ad diuersos effectus, num. 20. & 21.

Res eadem potest diuerso iure censeri diuersis respectibus aut temporibus consideratis, num. 22.

Remedium retentionis, & quærela violentiæ peractam iam executione intentatum tendit ad eundem finem, num. 23.

Remedia contraria ad idem cooperandum tendentia simul cumulantur, num. 24.

Ad defensionem cuiuslibet permittitur contraria allegare, num. 25.

Si ex actibus vtriusque remedij, facta iam executione litterarum, appareat vtrumque legitime intentatum, super vtroque decernit Senatus affirmatiue litteras retinendas, & executeorem deferre, & reponere attentata, num. 25.

Si ex actibus reperiat Senatus iniustam causam retentionis, & vim non fieri in deneganda appellacione consultus erit decernere tantum super retentione, omnia declaracione super violentiæ, & de efficaci ratione, num. 27.

Intentatis remedio retentionis & remedio quærela violentiæ ab vtraque parte, quale suspendendum, num. 28. & sequentibus.

Violentiæ articulo supersedendum erit in Senatu donec casus retentionis examinetur, & de ratione, num. 29.

Quomodo cumque concipiatur decretum violentiæ, siue affirmatiue, siue negatiue semper est inconueniens executioni decreti retentionis, quando ab vtraque parte vtrumque intentatur remedium, num. 30. & 31.

Per decretum retentionis affirmatiuum totaliter tollitur decretum negatiuum scilicet vim non facere executeorem, num. 32.

Et de ratione fundamentali, ibid.

De articulo prauidiciali prius cognoscendum erit alio suspensio, num. 33.

Prauidicialia ea sunt, quando vnum tollit aliud, num. 34.

Remedia retentionis, & quærela violentiæ, quomodolibet intententur, siue ab vna parte, siue simul, siue successiue, semper in articulo violentiæ supersedendum, quousque retentionis causa examinetur, num. 35.

Si per inspectionem actorum vtriusque remedij ab vtraque parte intentati reperiat retentionis locum fore, super ea decernit Senatus, nihil tamen super articulo violentiæ, & de ratione, num. 36.

Si ab vtraque parte intentatis remediis retentionis, & violentiæ retentio iniusta non reperitur, denegatur, & si iniusta reperitur violentiæ quærela vim facere executeorem in non deferendo declarat Senatus, num. 37.

Super simultaneis remediis violentiæ, & retentionis non est necessarium simultaneum decretum, sed singula pro singulis remediis separatim decernat Senatus, num. 38.

Declaratur Pater Henriquez in hoc simultaneo remedio terminos praxis, & iuris confundens, num. 39. & 40.



T clariora quæ in hoc capite dicenda sunt reddantur, iudicabo ꝛ varia eiusdem exempla præmittere. Accedit multoties in Senatu duo hæc remedia diuersimodè concurrere, nam eadem pars simul & eodem libello eidem vicitur: quando nempe executeor litterarum Apostolicarum procedit in earum executione, vel etiam hac iam peracta, & perfecta, & tunc legitimus contradictor ꝛ iuxta casum varietatem, de quibus supra cap. precedentis, in remedio à num. 89.) comparat, vel opponendo legitimam exceptionem ad impediendam executionem faciendam; vel ad reponendam iam factam & à non admissione vel alio quolibet legitimo graamine appellat, & recurrit ad Senatum per viam violentiæ, vt suæ appellacioni deferat, & attentata reponat executeor, & tunc simul, vel etiam ex post facto, proponit & cumulat articulum & quærelam retentionis earundem Bullarum ex aliqua iusta & legitima causa ex scriptis supra cap. 3. cum quatuor sequentibus, hac 1. part.

Succedit etiam, quòd dum executeor ipse in executione procedit: vna pars grauetur, & ab eo appellacionem emittat, & pro delatione recurat ad Senatum, in quo altera pars comparat, & introducit articulum hunc, & remedium retentionis circa quorum casum diuersitatem pluries dubitari vidimus, an simul hæc duo remedia & articuli cumulantur, & vter eorum in cognitione præferatur.

Et in primis quòd simul nequeant ab eadem parte intentari, ꝛ cumulari vrget, quia hæc duo remedia in suis finibus contraria sunt: nam remedium violentiæ ob denegatam appellacionem supponit per necesse cause prosecutionem, & quòd executeor aut superior exequatur litteras, aut iuxta ordinarias iuris regulas determinet. At retentionis remedium in totum est oppositum, nam ideo inuentum fuit per modum extraordinarium, ne litteræ exequantur, sed potius quòd in executione supersederetur, quousque causa legitima, & à iure approbata existens Romanus Pontifex consulatur, & de inconuenientiis Reipublicæ obnoxius informatus de remedio paternali prouideat, iuxta quæ latius diximus cap. 2. & sequentibus supra hac 1. part.

Ergo sequitur manifestè, quòd cum duorum remediorum horum fines adiuuicem committentur, ꝛ cumulari nequeant, iuxta vulgatissimam Batt. doctrinam in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirenda possessione, vbi late profecquitur istas comminationes simul non intendandas; Menochius de adipiscend. remedio 4. n. 179. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 3. cap. 13. num. 2. & alibi passim.

Quia contraria ꝛ simul esse non possunt, l. Mutius, ff. pro socio, l. 1. C. de furtis, Menochius de retinenda, remedio 3. num. 518. Antonius Monachus Lucensis, decis. 55. num. 6. Quoniam ad propositionem vnius, sequitur ꝛ remotio alterius, & se ad inuicem excludunt, l. si inter, ff. de exception. rei iudicata, Surtus decisio 24. num. 10. & decis. 92. num. 11. conf. 211. num. 16.

Quia vnius existentia impedit ingressum alterius, l. Pomponius, §. sed si is, ff. de promissoribus, dict. l. si inter me, l. hac verba, ibi:

o 2 Ant

Aut dies, aut nox est. ff. de verborum significacion. l. nihil interest. §. patronus, ff. de operis liberti. l. si filium emancipatus, ff. de minoribus, l. Clodius, ff. de acquirenda hereditate, l. 1. vbi Bald. & Salicet. C. de furtis, Bart. in l. 3. §. ex pluribus num. 2. & 3. ff. de acquirenda possessione, Eucardus in loco à contrariis, num. 10. Molina de maiorat. lib. 2. cap. 14. à num. 27. Suetus dicit. decis. 24. num. 10. & decis. 92. num. 11. & decis. 211. num. 16.

7 Maximè in eodem t subiecto duo contraria concurrere non possunt, glos. in l. fin. ff. de divorciis, Bernardus Diaz in regula 25. Alciatus de presumptionibus, regula 2. presumption. 3. Cæsar Angelus de contradiçione legitimo, quæstion. 2. num. 59. Franciscus Molinus de ritu Nuptiarum, lib. 1. capitul. 15. num. 22. Thomas de Thomalet. in floribus legum, regula 101.

8 Quapropter contraria t allegans non auditur, l. Titie, ff. de condition. & demonstracion. l. 1. C. de furtis, l. de transacione, C. de transacionibus, cap. imputari. de fide instrumentor. cap. sollicitudinem de appellationibus, Couarruias lib. 2. variarum capitul. 2. num. 2. in fin. Menochius de presumptionibus, lib. 2. presumptione 41. num. 2. Cabedus decis. 34. num. 9. part. 1. Gratianus decis. 54. num. 18. Cardolo in praxi ind. verb. Allegatio. num. 4. Marius Antonius variarum resolution. lib. 1. resolutione 56. num. 11. Antonius Monachus Bononiensis decis. 34. num. 1. Igitur cum hæc duo remedia adiuvicem sint contraria, vt diximus num. 3. pars illa cumulat, illis vt volens eodem tempore in Senatu excludendus est & non audiendus.

9 Hoc ne incidat t inconueniens, distindè iuxta casum varietatem per varias conclusiones veritas indicetur, sic prima conclusio. Eadem pars poterit his simul vti remediis executione nondum peracta litterarum, conditionaliter nempe, petendo principaliter retentionem earundem litterarum, & casu quo non sit locus retentioni, decernatur, vim facere executorem non deferentem suæ legitimæ appellationi, nec non attentata reponere, quia tunc hæc remedia contraria rectè admittuntur, provt dicimus de

10 appellatione t à sententia, & de eiusdem nullitate, quia appellatio supponit validitatem sententia, & per appellationem petitur reuocatio, per nullitatem verò contra, quia ipsam nullam supponit, & ideo non indiget appellatione ac propterea simul permittitur appellare ab ea, & dicere nullam conditionaliter, dico de nullitate, & si qua est appello, Calderinus consil. 219. in principio, alias 13. de appellationibus, Aegidius Bellameta consil. 10. num. 44. Cardinalis Tufchum tom. 2. littera C. conclus. 1005. num. 25. Cardinalis Alexander in cap. dilecto 63. sub num. 42. & 43. versicul. Dicite ergo, & num. 92. versicul. Tertio modo, de appellationibus, Couarruias practicarum quæst. capitul. 24. num. 6. in fin. & versicul. Est igitur, & num. 7. Vantius de nullitat. ritul. quos & quibus mod. nullitas, &c. num. 11. & 12. iuncto num. 9. Archilis Personal. in tractatu de adipiscend. possess. sub num. 338. versicul. Sed ibi, fol. 268. Contard. in l. unica, limitatione 7. num. 2. versicul. Ve-

rùm hic, Cod. si de moment. possessione, plurer relati ab Scaccia tractatu de appellationibus, quæst. 19. remedio 1. conclus. 3. à num. 4. & 5.

11 Quod procedit t in nullitate cuiuscumque actus, quia potest dici nullus, & conditionaliter, quatenus validus sit proponere aliud remedium simul, Vantius de nullitate, vbi proxime num. 5. versicul. Principaliter; vbi reddit exemplum de dicente nullum testamentum, & si est validum, dicit inofficiosum, & num. 6. & 7. de dicente nullum instrumentum ex defectu solemnitatis, & quatenus validum appareat, petat simul illius rescissionem ob læsionem ultra dimidium iusti pretij, Quoniam sic deducta remedia contraria conditionaliter, & disiunctiue, t seu alternatiue nulla insurgit perplexitas, aut contrarietas, Vantius ibidem, num. 8. versicul. Subiunctur, Vestrius in praxi Romana Curia, lib. 8. capitul. 1. sub num. 5. Bartholus in l. si expressim 19. num. 9. ff. de appellationibus; vbi loquitur de nullitate, & restitutione in integrum ita simul petitis, Bald. in l. edita. 3. num. 86. quæst. 7. C. de edendo in 2. repetitione, latius profequitur Scaccia de appellationibus, quæst. 19. remedio 1. conclusio. 3. à num. 5. cum sequentibus.

12 Et tunc in decernendo hic erit effectus, nam cum simul de vtroque t cognoscere potest, simulque instrui Senatus, Vantius dicit. rubric. quor & quibus modum, num. 14. versicul. Et ne dum, Vestrius vbi proxime sub num. 5. Scaccia in dicit. conclus. 3. num. 6. Nam est retentionis remedium altius requirit examen; violentiæ autem ex sola inspectione t actorum ab exco- 14 ture gestorum decretum detur; tamen tandem quoad determinationem simul inspicuntur vtriusque remedij acta, & si ex eisdem constet retentionis legitima causa, ac patitur violentiam adesse ob non delatam appellationem; tunc dumtaxat dabitur decretum retentionis litterarum, & omnium etiam actorum eius virtute gestorum per executorem, absque determinatione articuli violentiæ, quia erit inanis, & sine effectu, cum acta omnia t retineantur, imò tunc 15 insurgeret eiusdem contrarietas & repugnancia ex eodem decreto, nam si litteræ & acta retinentur, ne amplius illis utatur impetrans, nec executor procedat, sed potius superseedat interim, quod supplicatio emissã ad Sanctissimum pendet, & quid senserit, declarat noniter de inconuenientis, & damnis instructus; quomodo danda est per delationem facultas procedendi, & causam profequendi, nec coram exco- ture, nec coram superiore; iuxta ea quæ latius scripsimus in cap. antecedente, à num. 89. & seqq. & in §. unico per totum.

16 Si autem reperiat ex actis, & t vtriusque remedij in iusta causa retentionis, iusta autem & legitima appellatio ab exco- ture, ita declarabitur: *No ha lugar la retencion destas Bullas pedida por N. y se le entreguen a la parte con los autos de la execucion, para que pueda usar dellas, y el luez. executor Apostolico, que desta causa conoce, en no otorgar la apelacion interpuesta por dicho N. haze fuerça, otorgue y reponga, &c.* In his namque duobus decretis omnis omnino adest vniuersitas & fraternitas, & rectè vt vides, compatiantur.

At verò si ex inspectione omnium actorum tam

17 tam Tribunalis t ad iustitiam retentionis; quàm executoris, pro litterarum executione gestorum reperiat, retentionis locum non fore, nec etiam violentiæ in denegata delatione appellationis emissæ ab eiusdem executoris processu, eo quòd non sit interposita à legitimo gramine; tunc datur decretum super vtroque remedio negatiue conceptum: *Que no ha lugar la retencion destas Bullas Apostolicas, y se le entreguen a la parte, para que pueda usar dellas delante su luez. executor, el qual en no otorgar la apelacion a la parte de dicho N. no haze fuerça, y se le remite la causa para que proceda en ella, &c.* Et hæc simulanea declaratio conuenientior erit, ad euitandam perplexitatem, seu potius importunitatem litigantis vterius insistentis pro decreto violentiæ, atque etiam ne ipse executor percipiat ex decreto retentionis negatiuo, quo litteræ impetranti relaxantur, vt coram eo illis vt valeat, vt hoc sit intelligendum absque impedimento appellationis emissæ, & recursus ad Regem intentati. Cum facile foret, hoc idem concipere, & decipi videns omissionem decreti super articulo violentiæ deductæ, licet verè, & realiter hoc inferri non possit; nec sibi licebit, cum debeat conquiscere in expeditione processus, & causæ principalis, interim quòd pendet recursus ad Regem, & articulus violentiæ in Senatu, nec super eo aliquid est determinatum ad latè tradita per Nos in commentariis protectione Regia i. p. capitul. 7. per totum, & articulus retentionis, ab articulo violentiæ sit omnino separatus, & penitus diuersus, ita vt determinatio retentionis negatiua nullum pariat præiudicium articulo violentiæ; nec arguat rem iudicatam iuxta doctrinas, de quibus infra hæc i. p. capitul. 12. per totum, & 2. part. capitul. 13. à n. 8. & sequentibus, & capitul. 8. à num. 12. & per totum. Itaque vt omnis cesset consilio, & æquiuocatio, seu quælibet dubitandi occasio, commodius erit, & valde vrile simul decernere super articulo retentionis negatiuo, & super articulo violentiæ affirmatiuo, quoties acta vtriusque remedij intentati sic dictauerint.

18 Secunda sit conclusio, quando t eadem pars vtitur simul his duobus remediis post iam factam executionem litterarum Apostolicarum; tunc audienda erit & admittenda, etiam si vtrumque proponat non conditionaliter; sed principaliter, quia tendunt ad diuersos respectus, & diuersos fines, ex quibus melius consequitur effectus decreti retentionis, & eius executio, euitatur namque inconueniens, & impedimentum latius à nobis disputatum supra c. procedenti, & in §. unico per totum, cum peracta iam litterarum executione omnino indigeat repositione eiusdem, ad effectiuam executionem, & consequendum effectum decreti retentionis dandi à Senatu, vt pro vnicò & efficaci remedio adscriptum, dicit. cap. procedenti, à num. 89. cum sequentibus; & in dicit. §. unico.

19 Quare ad diuersos respectus posse quem vti, & simul t cumulare remedia contraria, probant Ludouic. Molin. de primogeniis, lib. 3. capitul. 13. num. 2. & 1. & num. 7. post Palatium Rubicum in l. 45. Tauri, num. 26. & Anton. Gomez ibidem num. 191. Tellum Ferdinand. num. 45. Castill. in controuers. tom. 3. capitul. 24. à num. 25. & sequentibus; & num. 29. explicat Christophorus de Paz in tractatu de tenura, tom. 1. cap.

24. num. 7. qui loquuntur de successore maioratus (in quem ex legis ministerio translatã t est possessio ciuili, & naturalis) vt nihilominus possit simul intemere remedium adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ diuersis respectibus.

Et generaliter quòd duo contraria remedia t simul cumulantur diuersis respectibus, probat Tiraquell. in tractatu de nobilitat. cap. 28. n. 13. Farinacius in praxi crimin. part. 4. consil. 30. num. 62. Barbosa axiomat. 58. num. 3. in fin. & num. 6. in fin. per Tufchum rom. 2. littera C. conclus. 1005. num. 2. Et quòd vna & eadem res potest t diuerso iure censi diuersis respectibus, vel rationibus, aut etiam temporibus consideratis, vide multa per Castill. controuers. tom. 5. cap. 97. à num. 29. cum tribus sequentibus.

Imò etiam hæc duo remedia t tendunt ad eundem finem, & vtrumque conuenit in effectu, quoniam decretum retentionis tendit ad impediendam executionem faciendam, ne facti inducat scandalum, & damnum Reipublicæ. At decretum violentiæ ob non admissam appellationem, ad repositionem executionis, & vt adiuvicem se adiuvicem eadem decreta, & remedia, atque ita in effectu conuenire ambo non est ambigendum hoc respectu attento. Et ad idem cooperandum duo t contraria remedia conciliantur, ita post alios 24 Barbosa axiomat. 58. num. 10. qui num. 9. bene inquit, ad defensionem t permitti cui- 25 libet contraria allegare, capit. nullus pluribus de regul. iur. lib. 6. Calderinus consil. 219. versicul. Item proponitur, alias 13. de appellatione. Cardinalis Tufchum dicit. conclus. 1005. num. 26.

Quo supposito praxis erit t in decreti conceptione, si per inspectionem omnium actorum reperiat iusta & legitima causa retentionis, ac etiam legitime fuisse appellatum; Decretum simultaneum super vtroque dandum erit, reseruari litteras, & vim fecisse executorem in non delata appellatione, & quòd reponat, & tunc acta executoris in Senatu retinentur simul, quia ad reponendum sufficit sua interlocutio facta de facto, & sine iurisdictione, vt diximus capit. procedenti ad finem, & tunc commodius, & sine impedimento aliquo facta repositione, consequitur effectus decreti retentionis, vt latius considerauimus in d. cap. procedenti, & in §. unico.

Si autem reperiat per actorum inspectionem (dato decreto retentionis) executorem vim t non fecisse in denegando delationem appellationi; consilius arbitror, si per eo non declaraturum Senatum, cum forte tunc à principio pars oppressa negligens non proposuerit legitimam causam, & exceptionem coram exco- ture, ex qua oriretur legitimum grauamen, à quo licetè potuisset appellare, quæ tamen postmodum decreto retentionis dato in Senatu, poterit saltem opponere coram exco- ture, & deducere eandem causam, qua legitime motus fuit Senatus ad dandum Decretum retentionis, quæ non admissa per executorem iustissima erit ad appellandum ab eo, & inde obtinendum indubiè Decretum delationis à Senatu, vt latius probauimus capit. antecedenti à num. 93. versicul. Certe namque iuris est, & à principio remedij

sibi apposti, à num. 89. & quæ in toto eo diximus, huic articulo omnino & directè conueniunt, & pro iustificacione huius grauaminis ad obtinendam repositionem, & iustificandam appellationem poterit pars, seu Regius Fiscalis vti eodem Senatus decreto retentionis coram exco-
 28 parte hæc diuersa remedia sunt intentata, simul, sed ab vtraque, puta quòd altera ab executoris grauamine appellauerit, & pro delatione negata in Senatu conuenerit: altera verò petat retentionem litterarum Apostolicarum, vel etiam è conuerso, intentato iam & pendente retentionis remedio ab vna parte, postea superueniat articulus violentiæ ob negatam delegacionem appellationis ab aduersario introductus in Senatu, tunc duo examinanda nobis sese offerunt; quòd prius remedium cognoscendum & examinandum, altero suspenso, secundum, quomodo decreta concipienda in vtroque.

Ad primum (conciipiendum est vtrique casus scilicet, siue hæc duo remedia intententur & ab ambabus partibus, siue ab vna dumtaxat, vt ex dicendis apparebit) tunc resolutiòne dicendum venit, quod in articulo violentiæ omnino superferendum erit quousque causa retentionis examinetur, quoniam est eidem penitus præiudiciale Bullarum retentionis Decretum affirmatiuè concipiendum. Tùm quia si declaratur forte in Senatu vim non facere Iudicem in denegata delatione appellationis, & sibi causa remittitur; supponitur directè contrarium fini, qui speratur & prætenditur per retentionis cognitionem, quæ directè tendit ad impediendam litterarum Apostolicarum executionem, cognitionem, & processum.

Quod etiam procedit, & habet locum; quando in Senatu datur decretum & violentiæ primi generis, affirmatiuum nempe, vim facit, deserat, & reponat, quoniam ex eo decreto relaxantur impedimenta, & permittitur parti, vt coram superiore ad quem appellauerat, possit causam prosequi, vel eam negligere, id licitum est aduersario suo: ex quolibet itaque perueniri potest ad executionem litterarum effectiuam, quo supposito quomodocumque concipiatur decretum violentiæ in Senatu, siue affirmatiuè siue negatiuè, semper infertur præiudicium & repugnantia intentioni & fini retentionis litterarum, ac decreto postmodum affirmatiuè laturo super ea. Quapropter semper in articulo violentiæ quomodolibet, & à quouis introducto superferendum erit, quousque retentionis articulus finiatur.

Tùm etiam quoniam per decreta & violentiæ huiusmodi, siue negatiuè, siue affirmatiuè, concepta cum causa executionis, coram altero iudice sit perficienda, oritur magnum & inuitabile inconueniens ex eo ortum (vt diximus) quòd peracta executione litterarum, directè non possit sortiri effectum decretum re-

tionis postea obtentum. Quia Senatus non potest pro executione illius sui decreti rescindere, reponere & reuocare semel factam litterarum executionem, vt abundè resoluimus per vterque, & securiori doctrina supra in cap. præcedenti per totum, & in §. vnico per totum.

Et sic pernecessè fatendum erit, quòd prius de retentione litterarum & tractandum, & definiendum, quoniam per decretum retentionis affirmatiuum totaliter tollitur decretum violentiæ negatiuum, nempe vim non facere exco-
 32 torem, & sibi causam remittendam, quia cum illius retentionis virtute omnia acta obseruentur in Senatu, & omnino executor impediatur procedere & executionem perficere; frustra tota redderet cognitio violentiæ, & de nihilo seruetur vim non facere declaratio. Ideòque semper in horum remediòrum concursu cognitio retentionis vti præiudicialis præferenda erit.

Notissimum est siquidem in iure, prius de articulo & præiudiciali cognoscendum, & in alio articulo superferendum, Magonus decif. Lucenf. 37. num. 5. & 6. Lancelot. de attentatis 2. part. capitul. 12. ampliation. 19. & latius Marius Giurba decif. 36. à num. 13. & sequentibus, Muscatellus præ. civil. part. 5. gloss. referuatis, n. 42. Giurba decif. 33. num. 7. §. præiudiciales insunt, de action. cap. tuam. de ordin. cognition. Cardinalis Tuschus littera. P. conclus. 392. num. 1. Craueta consil. 180. & Nos latissimè de Regia protectione 2. part. cap. fin. 18. per totum, vbi multa cumulauius, nouissimè etiam videndus Dom. Ioann. Baptista de la Rea meritisimam Consilij Regij Fiscalis in decif. Granarasi, dispus. 8. à num. 27. cum sequentibus.

Præiudicialia ea sunt, & que ad actum deducta, vnum tollit aliud, Bald. consil. 275. volum. 5. & in l. per minorem, ff. de iudicio, sequitur Decianus consil. 16. num. 17. volumin. 1. Craueta consil. 79. num. 7. Castren. consil. 282. volumin. 3. volumin. 1. Riminaldus Iunior consil. 747. num. 132. Tuschus dist. 4. conclus. 392. num. 6. Giurba decif. 33. num. 8. & probata exceptione præiudiciali infert præiudicium in principale, Rea vbi supra dist. dispus. 8. num. 29. Igitur articulus violentiæ suspendendus erit, quousque causa retentionis examinetur.

Ex quibus necessariò infertur, & quòd siue ista duo remedia proponantur ab vtraque parte, siue ab vna tantum, siue eodem contextu, siue successiuè vno post aliud diuersis temporibus altero iam pendente, semper ex identitate, & paritate rationis idem dicendum erit, quòd hæcenus firmatiuè, vt scilicet, in remedio violentiæ ob non delatam appellationem sit superferendum, quousque examinetur articulus super causa iusta retentionis litterarum.

Ad secundum (de quo supra in hac tertia conclusione, num. 28. Quomodo scilicet sint concipienda & decreta in concursu remedij vtriusque) dicendum erit, quòd post inspectionem omnium actorum, dandum erit decretum super vtroque remedio deducto, ita tamen vt si inueniatur iusta causa retentionis, nihil omnino decernatur super articulo violentiæ ab altera parte intentato, puta impetrante, quia cum omnia acta retineantur in Senatu, & denegetur, vel impediatur executio suarum litterarum, nihil remanet

remanet agendum, nec prosequendum circa eam executionem, & cognitionem, vt superius diximus à num. 17. & sequentibus. Si autem ab altera parte simul fuerit vtrumque remedium intentatum, decreta danda sunt, prout latius deduximus in prima & secunda conclusione.

Si autem retento priori casu, (nempe vtroque remedio ab vtraque parte intentato) ita vt retentio litterarum & denegetur, tunc poterit liberè Senatus declarare super articulo violentiæ ab impetrante deducto, quia ex eo quòd litteræ non retinentur, liberè debet currere causa executionis iuxta suos iuris tramites. Et sic decretum violentiæ affirmatiuum siue negatiuum pronuntiandum erit, prout ex processu per delegatum iudicem fabricato apparuerit.

Quòd autem in prædictis & conclusionibus diximus de simultanea determinatione vtriusque remedij, non intelligas præcisè procedere; sed facultatiuè tantum ex iis que supra num. 17. quoniam pro singulis remedijs singula diuisim dari possunt decreta in Senatu, seruata semper tamen gradus, & titulorum prærogatiua iuxta adducta in hac conclusione, & cum attentione semper ad ea que annotauimus in omnibus, ne forte perueniamus ad inconueniens difficultis remedij, ita vt retentionis decreti impediatur executio, vt pluries diximus.

Ex his que hæcenus in hoc cap. diximus; factis intelliges, quòd & sub verborum inuolucro, ac iuris terminorum confusione maxima scriptum reliquit Pater Henriquez lib. 2. de Porrisio. claus. cap. 18. §. 2. in hæc: Interdum data Romæ sententia etiam trina à Iudice Apostolico fulminato processu, committitur executio in Hispaniam, & interdum executoriales litteræ continent violentiam, vt si sententia lata sit ex falsa præsumptione contra partem absentem, & non audiam, aut si litteræ sint subreptitiæ, aut non faciunt expressam derogacionem rei necessitati, aut quia hæc contra ius tertij legitime possidentis exequitur, & intimat censuras, vt mittat in possessionem eam, qui mitti non debet, sic appellatio ab exco-
 39 cutore modum excedente admittitur apud Indices Regios, aut per litteras Senatus ante datas, Prætor facta summaria informatione cum duplici teste de violentiæ periculo, aut de subreptione litterarum, & defectu in Senatu Regis, &c.

Quem Doctorem omnino & reduces ad terminos huius Capituli apposti, & non aliter, necnon ad terminos capituli præcedentis, quibus diximus accuratè, quando, & quomodo sit vtendum vtroque remedio, tam recursus per viam violentiæ ob non delatam iustam appellationem ab exco-
 40 cutore litterarum Apostolicarum in eorum executione procedente, quàm remedio retentionis earundem litterarum, simul & semel diuisim vel separatim ad finem nempe, & effectum consequendi repositionem peractæ litterarum executionis, & possessionis earum vigore tradite mediante decreto violentiæ Senatus, quo decerneret, exco-
 41 torem vim fecisse, atque reponere debere, vt liberè, & absque impedimento possit decretum retentionis litterarum consequi plenarium effectum; vt cap. antecedente diximus à num. 89. vsque ad finem, & in §. vnico per totum, & vbi etiam annotauimus remissiuè, quem etiam Henriquez aliter explicauimus supra ca. p. 7. ante finem, à num. 68. versic.

Et hoc est quod voluit dicere. Sed præfens expositio, declaratio, & intelligentia ad ipsum Authorem magis consonans est, & aprior naturæ negotij, quo ipse & Nos vtesamur, quia reuera si simpliciter prout loquitur, & prout iacent eius verba scripta, & prolata, cum intelligamus, certè omnibus huius materiæ principiis dissonant, & eius termini confunduntur contra veritatem praxim, & tribunalium stylum.

Sed ne in tam profundum labyrinthum hunc Authorem mittamus, qui reuera hanc iuris subtilitatem non caluit, dicendum erit, eiusdem intentionem non fuisse, loqui de vtroque remedio simul cumalato, & intentato per oppressum, sed de vtroque loquutus fuit, quando altero tantum separatim vti oppressus, solum ad finem demonstrandi quodlibet eorum posse per eum intentari: prout clarè indicant eius verba, ibi: Sic appellatio ab exco-
 42 cutore modum excedente admittitur apud Indices Regios, aut per litteras Senatus ante datas facta summaria informatione cum duplici teste de violentiæ periculo, aut de subreptione litterarum, & defectu in Senatu Regis, &c. Itaque illa dictio, Aut, inter vtrumque remedium posita clarè monstrat diuersitatem vtriusque, nempe quando vno, vel altero vltus fuit oppressus, quid à Senatu consequi poterit: non tamen quando vtroque simul vtitur, & sic pater Henriquez solum insequutus fuit, & scripsit praxim vltimam horum recursuum, qui licet appetentia, duo hæc remedia (nempe pro tollenda violentia ob non delatam appellationem ab exco-
 43 cutore Apostolico interiectam, & pro retinendis litteris) oppresso competere; nihil tamen insinuauit, an possint simul intentari, & eodem tempore concurrere, quòd Nos hoc cap. accuratè examinauimus, in quo & in cap. 10. cum §. vnico, abundè scripsimus de effectibus huius concursus tam respectu cognitionis, quàm respectu executionis decretum vtriusque remedij.

Aliud etiam annotandum erit in ipso Authore, & corrigendum in illis verbis: Sic appellatio ab exco-
 44 cutore modum excedente admittitur apud Indices Regios. Ex quibus dicere, & insinuare videtur appellationem ab exco-
 45 cutore præfatorum interponendam ad Senatum, dum loquitur de admisione per Indices Regios: voluit enim dicere, quòd si appellationi emissa ab exco-
 46 cutore litterarum Apostolicarum ad eius superiorem non fuerit per exco-
 47 cutores delatum, oppressus recurrentis ad Senatum obtinebit decretum violentiæ, Que la orogue, y reponga lo hecho, &c. quòd admisionem appellationis vocauit Henriquez cum legitima sit, & admisione seu delatione digna eo in casu. Nec enim mirum erit, vt quilibet etiam quantumuis grandis Theologus peccet in terminis Iurisprudentiæ, prout cæteri ferè omnes, qui in ea se intrudere volunt, similem defectum patiuntur, iuris terminos confundentes.